



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.17. Sequuntur me. Oves Christi ex operibus suis, greßibusque comprobantur. Præsciti, similes sunt virginibus fatuis: quæ oleo lucere volunt alieno.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

§. 17. Sequuntur me. *Oves Christi ex operibus suis gressibusq; comprobantur. Præciti, similes sunt virginibus fatuis: qua oleo lucere voluit alieno.*

Signum aliud prædestinatorum ex his verbis, colligitur: *Sequuntur me.* Hoc est ovis illius non satis est, nec in eo hærent, ut se oves illius esse gloriantur, sed ut tales progrediuntur, gressus suos pastoris gressibus conformantes. Inter historias S. Scripturæ notat dignas, atque ad nostram scriptas instructionem, notat D. Augustin. quod contigit in matrimonio Isaac à patre suo Abraham composito. Mandat hic Eliezer, ut tendat in Mesopotamiam naturale solum Abraham, ut quarat Isaac filio suo de regione sua puellam conuagum, talibus insignem conditionibus, quas illi ipse declaravit, ut esset digna filio suo sponsalibus. Dicescit Eliezer geminis & opibus prædites, quibus doret puellam, quæ indicant propositio suo ceteris esse digniorem: *Tulitque decem camelos de grege Domini sui, & abijt, ex omnibus bonis eius portans secum, profectusq; perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor.* Hoc autem illi singulariter imminxit, ut secum deferret duas manras aureas, & totidem armillas summi pretij: *Postquam autem bibe ut cameli, protulit vir manras aureas appendentes scelos duos, & armillas totidem pondi scelorum decem. Pretiosæ manras, pretiosæ armillæ, non solæ deferantur manras:*

Adest hic D. Ambrosius iam vos audio domicellæ contra me expostulantes, quod in vobis curam ornatus, inaurum, armillarum nec non capitis & faciei reprehendam mulieribus assuetam elegantiam: unde mihi hæc obijcitis: an ergo non tibi patet, quod Abraham nurui suæ gemmas illas & monilla miserit: cur ergo nunc in nobis redarguis, quod in nuru sua Patriarcha iudicavit esse perdecorum? *Quomodo prohibes hoc Episcopo, ut non habeamus, quod Rebecca accepit pro munere, & hortaris ut filij simus Rebecca? Nil aliud nobis incidetas, quam ut imitemur obedientiam, compositionem & ornatum sanctissimæ Rebecca, & ne simus vani, atque nobis interdici quod obediens illa de loco suo accepit ad capitis & faciei suæ cultum & compositionem. Quæ de causa nobis eius persuades imitationem, & prohibes nos illam imitari in eo, quod illi concessit ad maiorem corporis elegan-*

tiam Abraham vir tanta morum integritate spectabilis? O quam multa ignoratis, an non videtis, quid Abraham illi miserit? Vir ille corporalibus hæc ornatus, ornatum voluit indicare spiritualem. Primo auribus promptam fidem, quæ ambas occupet aures, & non sit auris parula voci alterius, nec quidquam audiat in contrarium. simplicem fidem ambabus illis inauribus significatam, quæ illi ambabus præparat auribus. Armillas, quæ manus disponant & ipsæ adoperentur operibus: quæ omnia in illo fuerunt eminentissima. Fides videlicet operatoria. Et in summa inauribus, quæ tibi Abraham reliquit, sume quas transfudit armillas. *Audi verba Domini Dei tui, sicut ipse audiebat, exoquere iusta, sicut ipse proponebat implere.* Hoc ex sententia D. Augu. significarunt manras & armillæ, fidem & opera. Omnia hæc procedunt de domo Abraham, & de sponso Isaac: *Fides, vobis datum est non solum ut in eum credatis. Opera, sine me nihil potestis facere;* sunt autem hæc monilla adeo necessaria, ut sine illis anima in sponsam Christi nequeat adoptari, nam vocare se ovem & gressibus procurete herodorum, indicium est reproborum, quales illi erant; ut enim testatur Evangelista hoc illis sufficiebat, quod dicerentur filij Abraham, cum tamen eius opera non haberent; nec eum imitarentur, sed diabolum, quocirca Christus illos hortatur: *Si filij estis Abraham, opera Abraham facite. Vos ex patre diabolo estis.* En tibi præcitorum indicium, quibus satis est dicere: per fidem ovis sum Dei, per quam in ovili sum eius Ecclesie, cum opera tamen earum illis minime commendentur. Optime vos pastor ille agnosceat etiam ad sinistram suam vos cum hæc dammandos eijciet.

Nota passim est à Christo proposita parabola virginum, quarum quinque fuerunt reprobae, atque in æternum de domo nuptiarum sponsum profigatae. Quis earum defectus, aut quale debet esse peccatum? Quod sibi de nomine virginum in leonitatarum applauserint, atque oleo lucere voluerint alieno, quod à prudentibus petierunt, quæ sibi aliud comparant, magnoque illis pretio constitit. Audi illas mendicantes: *Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostra extinguuntur, & nec habemus quo illas nutriamus.* Absit hoc (respondent prudentes): etenim in hac domo ex mutuo non vivitur, nec lux adnititur, quæ tantum oleo licet alieno: *Ita petitis ad vendentes & emite vobis.*

Notandum hic præcitorum symbolum, qui tantum oleo lucere voluit alieno. Hic, quia

II. Fides notat & epe- ra.

Phil. 1. 24. Ioan. 13. 5.

III. Nemo lucere debet oleo alieno.

FFFFz paren-

parentum filius est virtute insignium: ille, quia nepos est, vel de viris originem trahit illustrioribus, qui pro defensione Ecclesie suiq; Regis obsequio facinora ediderunt gloriosa. Alter, quia nobili stemmate progenitus, & regibus ortus eminentissimis: porro si vitam eius attenderis, non nisi abiecta qualibet, atque in actionibus eius turpia reperies: nullum ei verbum, nullum opus, nulla conformitas, nulla motum integritas, quæ præclaram spiret altamq; progeniem. Omnes illi oleo student alieno prædicere: quocirca videre licet qualiter ista domorum: scitis & insignibus maiorum suorum adornent illustrium. Eorum plures agnoscō, similes illis profanis adolecentibus, sed nobilioribus ex Israel, de quibus

Exe. 8. 16

IV.

Nec ad

ortu solis

adorate.

testatur Ezechiel. *Adorabant ad ortum solis.* Eorum idolum erat: erectum ad ortum solis, velut solis ortus idolo atræ. Tali sum ego patre genitus: tali principe natus: talisque Regis filius: ad hoc oculos suos solummodo dirigunt: nosam autem verum sanctuario, vitam omnem floribus & odoribus manuum confluentis vanitatum. *Repletes terram iniquitate. Conuersi sunt ad irritandum me, & applicant ramum ad nares suas.*

V.

Similes

sunt illi

statuæ

Dauid

pellibus

operta.

Nobis cum illis video contingere, quod apparitoribus Regis Saul: hos ille destinat, ut Dauidem captiuum abducant: etenim cum in lecto dormientem intellexerat. Audit hoc Michol uxor eius, & virum illico de somno suscitatur, atque Domine mi, per hanc velox fugio fenestram, ne te satellites abripiant: ut autem Dauidi plus temporis ad fugam superesset, in lecto simulacrum statuit Dauidis vestibus illis armisque compositum: accedunt apparitores, illi intuuntur & opinantur verè esse Dauidem, quem ut talem expectant, donec expergificatur. Paulo post accedunt propius, & manus iniiciunt, inueniunt autem aliud nihil hic subesse, præter vestes & arma. Iam enim ille fugam inierat, & longè procul abscesserat.

Quot statuas videmus vestibus & armis Dauidis adornatas: Ducum inquam illustrium & virorum nobilissimorum, qui se Christianos operibus magis quam verbis ostendebant. Ecclesias erigebant, monasteria fundabant, hospitalia dabant, statisque confirmabant. Sese offert alter, quasi essent illi in eo, & velut eorum legitimum successor, quem ut talem attendimus: porro si manum adiciamus, præter armorum scuta, vexilla & insignia nihil inuenimus? Vbinam progenitorum illa deuotio? illa ergo sacerdotes reverentia? Illud Regi promptum in bellis obse-

quium? Illud partem esse pauperum? Vbinam illa in verbis veritas? Illa in operibus bonitas? Illa in negotiis suis simplicitas? Illa mentis ingeniositas sibi seruiens, præstando beneficia? Illorum manent insignia: nam eorum eminentia, nobilitas, virtus, & Christiana pietas iam quasi per fenestram abiit, erupit, euolauit.

Quam ad viuum illos descripsit Vates Oseas: **43. VI.**

Quasi vni in de seruo inueni Israhel, quasi prima poma ficulnea in cacumine eius, vidi patres eorum, Et vidi

Et. Et abalienati sunt in confusione, & facti sunt compa-

abominabiles, sicut & qua dilexerunt. O quales tantum

fuerunt illi patres, qui dederunt illis principium sylluestris

& originem? Mihi dulcissimè sapiebant sicut v-

itæ quas sitiens viator deserens pererrans offendit,

& sicut ficus pulcherrimæ, quas transiens viator

intuetur. Illi vero degenerarunt & abalienati

sunt, venditi ut facerent malum: & nihilominus

hoc intendunt, ut habeantur mundi totius illu-

*strissimæ: quia talibus sunt orti patribus: *Ephraim**

quasi vni auolauit gloria eorum à partu, & ab u-

tero, & à conceptu. Sempet gloriabantur se tanto

stemmate progenitos, & aorum suorum vitæ

iactabant eminentiam: hoc in ore habebant fre-

*quentissimum *Filij Abrahæ sumus & ex fornicatione**

non sumus nati, ex Sara Domina principali,

non ex Agar Ancilla abiectissima. O rationis

impoest vbinam, obsecro, est Abraham, eius vir-

tautes atque vestrorum maiorum excellentia? Iam

auolauit quasi passerulus, iam erupit & trans-

fennas reliquit vacuas & immundas: en quanti

*illas æstimas: *Gloria eorum auolauit quasi vni,**

et cum Dauide per fenestram aufugit, relicti nunc

solummodo armorum insignibus, quibus illi se-

ipfos extollunt, prædicant & reddunt illustri-

res. Oleo lucere vultis alieno? Vos ut à mptiis

extorres arbitramini: non enim ad i' las superni

sponsi passim omnes admittuntur virgines, &

quæ hoc nomine gloriantur: hoc est omnes illi,

qui se iactant vocantque Christianos. Deique o-

ues: sed illæ solummodo, quæ proprium habent

oleum misericordie virtutis & veritatis, quod si-

bi laboris sui pretio compararunt.

En quam appostè loquatur his Redemptor VII.

noster. Ab illo percontati sunt: *Sicut Christus, Opeia*

dic nobis palam. Respondit illis Dominus: dixi ve-

stris verbis, sed plurius refert ut operibus teller bent de

hoc vobis euidentioribus: hæc enim sunt lingua viro testi-

ceratissima, quæ mentiri non potest. *Opere qua ego monum,*

facio, illa testimonium perhibent de me. Alterum

auscultas diligenter, quando tibi dicit: sum he-

rologista: verum hoc eius dictum te in illo non Similitè-

confirmat: sed quando te inspicente ex ære con-

do,

fin git

fingit rotam vnam & alteram, & molam & pondera, & coram te illa componit vt ordinatè fiant: hoc te, postposito omni dubio reddit certiore, quòd sit huiusmodi. Si hortum ingredieris, quænam legitima foret probatio, quod arbor illa sit piris, & illa pomus, & illa cerasus: credere quide in posses, si hoc tibi assereret hortulanus, cui hæc cognita sunt: sed legitimum foret huius argumentum si hoc tibi singula arbores suis grauide fructibus testarentur: si nãque ceræres hanc piris fructandam, illam pomis, alteram cerasis corallè venustionibus: fructus illi seclusà omni fraude secutissimum ferrent tibi testimonium. Iactas te nobilem, & hoc ex famillæ tuæ confirmas historijs, acque scutis, quæ qualibet profertre potes occasione: sed multo melius hoc tua testarentur: merita si te ad illas enocates: dicendo cum Salvatore nostro: *Opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Gloriaris te esse religiosum, & idem ab omnibus affirmari domesticis: sed illo certo certius hoc opera tua subsignarent. Effers te virum honorabilem, ingenuis natum parentibus: extollis te vt mulierem primatiam iudicio claram, & auctoritate: & in hoc omnes, qui se tibi comites præbent, suffragantur: sed cuius foret ab ipsis operibus habere testimonium.

IX. Fides ex operibus comprobanda.

Iac. 2. 18.

Iob 15. 2.

Hanc rationem proponebat D. Iacobus quibusdam, qui se Christiani os asserabant, & fidei Iesu Christi professores. Opumè dicunt, & ostententur hoc profiteri: porò ego inquit Apoll. velim mihi hoc & opera profiterentur: quando namque hæc te commendant, hæc tibi suffragantur, nemo dubitat: *Sed dicit quis: Tu scis habere, & ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.* Spectate videtur, quantum coniecto, lententiam illam amici Iob Eliphaz: nimirum, sapientis non esse quasi in ventum respondere. *Numquid sapiens respondebit, quasi in ventum loquens.* Quasdam quaestiones & verificationes proponebat: dicebat autem rem esse vix vllius momenti, velle aliquid vt verum asserere, quia verbis hoc confirmatur: sed quod insuper necessarium sit firmissimum viro sapienti argumentu, sic non esse, quod à solis verbis suum habet testimonium. Responsum non est constans, quod tam parnam habet subsistentiam, vt à nimio rapiatur turbine. Verba tua tuæque familia, quam habent certitudinem: Nullam omnino: quinimo leuia sunt adeo, vt ea ventus sustollat, nec mirum: cum illa non nisi ventus sint leuissimus. Non mihi placet, inquit D. Iacobus.

quod verbis mihi respondeas: *Ostende mihi fidem tuam ex operibus.*

Hanc rationem declarat D. Chrysof. homilia quam inscripsit: *Quod Christianum oportet vitam quoque rectam habere.* Vos video (ait ille) fratres mei gloriarì, & merito quidem, quod Christiani sitis, baptizati, & diuina fide illustrati, spe bonorum caelestium educati. Dico autem vobis, quod quamuis pius sit & necessarium hæc verbis protestari, non tamen ex illis solis vos esse tales agnoscam nisi mihi vestrà idem opera contestentur. Quando perambulas hortum, hoc quod intueris, vt inde cognoscas: quænam hæc sit arbor vel illa, fructus est, quem intueris: sunt autem vtri Christiani fructus bona opera, meritum, integritas vitæ, carnis mortificatio, appetitus abnegatio, & sacramentorum vltus frequentior. *Fideliem enim non tantum ex his quæ sunt, sed à Deo verum & ex his quæ ipse præstat, par est esse fulgere, & ex omnibus esse partibus manifestum, ex incessu, & aspectu, ex habitu, & ex voce.*

Quod si debeam ex his iudicijs augurari, quomodo vis te cognoscam vt Christianum, si quæcumque opera in te confidero, huic contradicant: Si loca perpendas, quæ frequentas, & in quibus conuerteris, nec Ecclesiæ sunt, nec hospitalia, nec monasteria: sed theatra, stadia, lupanaria, tabernæ luforia. *Si à loco te discerno voluero, in circis, & theatris, & iniquitatibus commorantem intueor: in malignitatem concilijs, in foro, in hominum conuentibus perditorem.* Si personam tuam attendero, non te video mortificatum, non itè compositum, nec qualem vult esset Apostolus: *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes:* sed moribus discolorum, insolentem, oculis vagum, velut qui propriam insequitur perditionem: *Si aspectus forma, video cathinam iugiter & dissolutum.* Si oculos conicio in vestimenta, non video quidquam, quod spiraret humilitatem & habitum penitentis, sed vestem superbam intueor, instatam & compositam, vt comædo similis esse videaris. *Si à vestibus in scena versantibus, ni hilo melius cerno compositum.* Si te sitio ad illos, qui se tibi vitæ comites præbent: omnes parati sunt adulatorès, leuiorès. *Si à sequentibus, parasitos & assenatores circumducis.* Si verbis & confabulationibus aures præbuero: Deus non auditur, sed nomis eius blasphemia & peritium: nulla de celo, nulla de virtute sit mentio: sed omnia carnis tuæ loquuntur delicias, & grauisima animæ tuæ flagitia. *Si à verbis nihil sanum, aut necessarium, aut nostræ conferens vitæ loquentem audio.* Si

D. Chry. Hom. 23. ad pop. Tom. 4. X. Pulchra probat hoc D. Chrysof. in iudicio.

2. Cor. 10.



mentas vestras intueor: Christianum non redolent ieiunantem, non carnem suam castigantem, sed gentilem Epicurum, qui præter ventrem suum, Deum alium non colit, aut reueretur, ut dixit Apost. *Si de mensa, hinc maior apparebit accusatio.*

Phy. 1. 19.

Ex quibus ergo te cognoscam esse Christianum, si omnia opera tua mihi testentur opposita: *Uade, quasi poteris te fidelem cognoscere, dicitis omnibus contraria protestantibus.* Christianum dico? Nec quidem in te quidquam video vnde te possum cognoscere, quod homo sis: instar iumentum recalcitras, ut taurus lasciuens inflammatis, ut equus indomitus prorsus in mulierem, ventrem ut visus implet, ut animal te farcinas, eius recordaris qui te offendit instar cameli, aliena discerpis cum lupo, cum serpente inflammescis, cum scorpione pungis, cum vipera & aspide venenum euomis, fratrem tuum persequeris, eique malum exoptas diabolica liquidum inuidia. Sed proferamus ipsum Chrysostomum, *Quid vero fidelem dico? Nec enim es homo, si manifeste possum videre: cum namque tamquam asinus recalcitras, lasciuus ut taurus, tamquam equus post mulieres inuit, ventri tamquam visus indulgeas, ut mulus carnem impugnes, malum memoria teneas, velut camelus, rapas ut lupo, nequitia tamquam asinus & vipera venenum feruēt, & sicut malignas demon fratres impugnes; quomodo te cum hominibus commiserare valeam, talem in te natura signa, cum non intuear? Quid enim te nuncupem? Feram? Sed uno horum vitio fere tenentur: tu vero pariter omnia circumferem, ad maiorem, quam illa, feritatem progredieris. Demonium? At demon neque ventris feruēt tyrannidi, neque pecunias amat. Cum itaque ferus & demonibus maiores habeas defectus, quomodo te vocabimus hominem?*

a Hem. 23 In domo Dei (aitur D. Chrysostomus a. D. Hieronymus b. & Theodoretus) c. de rebus non fertur iudicium, nec illis nomen imponitur, nisi c. 50. *Ipsa*, secundum operum attestationem. Si crudelis c. *Ser. 5. de* seruitas ut leo, leonem te vocant, si cum lupo denotes, lupus audiris, si serpentinis vitas fraudibus, serpens appellaris. Ea de causa Vates

XI. Isaias Principes Ierusalem inscribit Principes Sodomorum: & Ieremias lasciuos, qui suis obediunt effrænes appetitibus, equos accusat vocatque effrænes: Michæas suis seruientes voluptatibus, iumenta dicit esse in sito stercore putrescentia: & ipse Saluator Herodem astitum instar vulpis, vulpem appellat: nec non Dominus Petrus effulos in venetem, porcos nuncupat, & qui in vetera relabatur crimina, canis ab eo dicitur reuersus ad suum vomitum ut de illo edat.

cupat, & qui in vetera relabatur crimina, canis ab eo dicitur reuersus ad suum vomitum ut de illo edat.

Ex hac regula declarat D. Chrysost. a. illa Va. D. Chrysost. Isaiæ verba *veni & non erat homo.* D. Hieron. a. Ha. 23. legit. *b. Veni & non erat vir sine homo: omnes enim viri, & homines imaginem relinquentes, bestiarum & serpentium sumpsere imagines.* Vnde & ad Herodem propter malitiam dicitur: *ite & dicite vulpi huic: & ad Pharisæos: Quamuis viperarum & ad libidinosos: & qui insipientes in feminas facti sunt: & de voluptuosis: Nolite mittere margaritas vestras anteporcos: & de impudentibus: neque sanctum datus canibus: & in communi de omnibus. Vultu quadrupedum, que erant in deserto. Hoc nomine tales appellat sicut & simplices nullo malitiae felle amarus, columbas nuncupat & suis morigeros mandatis, ones, quo nomine suos hodie honorat prædestinatos.*

Expendunt D. August. & D. Bernar. atque illis anterior D. Amb. Prophete dictum, quod expressè reperite non potui, in quo dicit quod dū quidam se coram Deo sisset, audita vox sic: *Eccc homo & opera eius.* Quis est iste homo qui seipsum hic coram Deo sisset? Eius opera attendite: illa tibi hoc nuntiabunt. Domine, de illo hic spergitur quod illustri sit stemmate progenitus: de illo, quod vit fuerit honorabilis: de altero, quod boni communis amantissimus: de illa, quod religionem professus fuerit, de illa, quod vidua fuerit: de illa, quod puella fuerit exemplar honestatis. Hæc dicuntur hic in mundo: ceterum ibi non est qui loquatur, nisi opera.

Quid hæc dicunt? hoc quod hæc ipsa testantur, de singulis statuetur divino conspectui propositis: hæc cum ita sint tu perge tuo tantummodo attendens stemmate & antecessorum facta meditatus atque familie tue domusque antiquitatem, & tui ipsius eminentiam. Multi suam solummodo considerant nobilitatem, parentes antecessores, ex quo sibi sumere possent videntur liberius viuendi licentiam, suisque ad votum seruendi desiderijs. Vultus locutar heu quam graue omnia in Ægypto corrose, & omnia dissipauit. Vnde hoc? Hoc quod nostra vulgata lectio scribit: *Ventus vrens leuauit locustas.* Hebræus habet: ut notant Caietan & Lipoman. *Orientalis ventus, &c. quo significatur.* (interprete Caietano) quod non a meridie, sed ab Oriente astitit. Notandum autem quod ventus occidentalis illas abstulerit.

Huic

D. AMBR. Hinc continetur quod trinitat D. Ambrosius dicitur dum creatur à Deo mundus, auctoris omnibus creatis, dixit ipse quod bona essent: *Vidit Deus* *Gen. 1. 31.* *Et erat valde bona.* Creavit hominem ceteris omnibus superiorem, gratijs donis, & virtutibus adornatum, in super & illum in paradiso collocat: nec tamen dicere vult & dicitur bonus ex operibus.

Gen. 6. 9.

Gen. 6. 9. *Ha sunt generationes Noë: Noë vir iustus atque perfectus in generationibus suis.* An ergo nobis non aptius viri describeret progeniem, & fortitudinem, quodque filius fuerit atque nepos virorum illorum toto orbe illustrium, Enoch tanta sanctitate eximij, ut Deus illum in paradysum translulerit: & Mathusalam, &c. Hæc erat aliena illi & non propria nobilitas, nec illa illustrem reddebat Noë, sed illa quam ab operibus suis traxit multo nobiliorem: diuino namque idiomate quisque illorum est filius atque ab eis suam trahit originem: *Non generis nobilitate, sed*

D. AMBR. *Li. de Noë iustitia, & perfectionis merito laudatur. Probati enim viri genus, virtutis profapia est: quia sicut hominum genus, homines, ita animarum genus iustitiam sunt. Et enim familia hominum splendore generis nobilitantur: animarum autem clarificatur gloria, splendore virtutis.* Quid mihi conducit pomum mihi deferas & assermes hoc esse decerptum ex optima arbore regalis horti, si ipsum in se putridum sit. Scateatque vermibus? Licet de terreno paradiso delatum esset, ipsum aspernaretur: potius illa ipsa, quibus te ipsum studeo splendidum esse, ipsa sunt, quæ te turpius condemnant: quanto namque fructus ex arbore colligitur meliori: tanto grauius contra illum expositulas, si talis non sit, qualeis esse conuenit: & grauior est hinc tua damnatio, quod cum naturam & profapiam domus tuæ habeas adeo nobilem & eminentem, tua tamen vilia sint opera, & omni despectu dignissima.

Circumstantiam quandam admirabilem exprimit Spiritus Sanctus. in auaro illo diuites Nabal Carmeli: declarare vult quam peruersus fuerit vir ille, & omni reprehensione ac vilipensione dignus, nec non quam iuste David in illum excauerit. Describit & proponit nobis eius

qualitates easque peruersas, quasi retens catalogum. Testatur de illo: *Vir auarus & pessimus* 1. Reg. 25: & *malitiosus erat autem de genere Caleb.* Primò, 3. notat eius crudelitatem, *Durus* Malum est hoc. XV. Secundò, peccator in superlatiuo gradu *Pessimus*. Pejus est hoc: an alius restat grauius ascendendus, & quis ille? Quod peccator erat ex malitia: *Malitiosus*. Duribus modis esse potest quis tur ex malus in superlatiuo gradu. Primò, ex parte malitiae quam committit: quæ est suprema: v. g. si nobilitas quis labatur in infidelitatem, vel odio Deum te prosequatur. Secundò, ex parte dispositionis illius, & intentionis, quæ a peior alia non datur: quando scilicet quis peccat ex malitia. Habes hic descriptionem virum in summo malitiae gradu, sed sepe est adhuc alia circumstantia, quæ magno opere malitiam extollit. Quænam hæc? Quod nobilitas esse, & genus duceret ex illusterrimo illo duce Caleb, quem ipse Spiritus Sanctus celebrat virum magne fidei, in Dei famularum constantem, tantique à Deo habitum, ut cum illi, qui egressi sunt de Aegypto viri tantum, sexcenta milia fuerint, omnes ob peccata sua mortui sint in deserto, ut ne vnus quidem de tanto numero terram ingrederetur promissionis, sed filij tantum eorum: Iosus Caleb & Iosue merito sanctitatis, & fidelitatis ac obsequij diuini nomine, illam intrauerunt.

Quæ de causa Domine, peruersas exprimens Nabal conditiones hanc vltimam apponis, quod consanguineus esset & nepos Calebi. Quis forte dixerit, hoc illi cedere in honorem: etenim qualitas stemmatis eius adeo splendida, cooperire defectus personales, quas expressisti debere videbatur. Rem perperam intelligis: imò potius hæc est illud gummi iuniperi quo pictor imaginem iam pictam aspergit, & colores iam in illa expressos clarius conspectui representat. Si fuisset hic scurra quispiam, nullam ingenitæ nobilitatis famam præclarus, vilissimus terre filius, peruersus ortus patensibus, aliquam hoc posset excusationem adferre & de illo diceremus (a) arbor erat radici suæ conformis: sed cum vir esset profapia splendidus, natura præclarus, talis autem moribus & viâ eius hoc aggrauat malitiam quæ ad eum peruersitatis ascendit gradum ut bonum hoc superari, quod erat ipsi à natura ingentum atque sanguinem hunc adeo sanum corruperint infames ille perdiditque variola?

Ad holidem hic cadit argumentum D. Gregorij Nazianzen in tractatu, cui prænotauit: p. 813. *In nobilitate male moratum.* Quod sonat in hoc

yno

XVI. Generis nobilitas est circumstantia aggrauans in peccatore.

(a) Los steros paretu ala oia.

Habetur

vno quod contigit : cum enim adolescens stemmate præclarus , sed vitæ ignobilis viro occurreret humili nato progenie , sed virtutibus sublimi , cæpit hunc adolescens habere despectui , producens in medium maiorum suorum profapiam nulli comparandam , illius autem stirpem ignobilem . Aulcultat illum alter patienter , tandem hæc respondet : Si mihi probro genus meum est , tu autem generi tuo . Hic D. Gregor. ô vir illustri-
sime hoc dictum me tibi ex animo effluat , caue . De-
iude hoc supposito suam prosequitur oratione .
Si quis deformitatem , aut odoris foeditatem per
contumeliam obiceret , nihilne aliud responderes ,
quàm quod pater tuus forma pulchritudine excel-
lisset , aut suavissime oloro solius esset ? Si quis te
ut timidum & ignarum cavillis incesseret , nihilne
aliud diciturus esses , quàm quod maiores tui seponi-
ro in Olympia vicissent . &c. ? Accidit enim haud ra-
ro , ut quis pulchram auroque undique rellam cy-
tharam habens pessimè fides pulsos : citius contra à
vili ac vulgare egregios modulus fundas . &c. Quid
refert aures cithara , si sonus audiatur dissonus ?
&c. Stulta de parentibus gloria , cum nulla sit
profapia tam illustris quæ non abiecta sua ha-
beat principia personas viles , illegitimas & spu-
ritias . Saul mulionem agebat , David patrem ag-
noscebat opilionem , Iephue de latrone natus
princeps populi à Deo constituitur . Arfaces ex
latrone Rex creatur Parthorum . Giges de pasto-
re ad regnum extollitur Lidorum . Valentinia-
nus primus Imperator filius erat fumum con-
tortoris Thamorlanus ex Bubulco Rex institui-
tur Tartarorum . Agastocles Rex Siciliæ de patre
producitur figulo .

XVII.
Multi
nobiles
ex igno-
bilibus
orti pat-
ribus.

Tullius hostilius prius ovium pastor post-
modum Rex Romanorum Maximus oves re-
xit : Maximus Pupinensis equorum erat calcea-
tor . Iustinus primus Imperator prius fuit Babul-
eus faberque lignarius . Genus cæteris illustrius
apud Indzos qui se filios gloriabantur Abrahæ
imo & Christi , ex Iuda prodiit qui ex illicito
conubitu filios progeniit de Thamat & Zaram ,
quam credunt fuisse Chananzam , atque ex illis
Saluator noster nasci dignatus est , generis sui
eminentiam suis referens operibus . Itaque si
parentes agnoscas nobiles , agnosces similiter &
multos ignobiles .

§. 18. Sequuntur me . Indiciu est oisium
Christi gressus eius sequi : præsciti , sicut Ba-
laam , cum asini sint , caudam affectant pa-
vonis .

Aliud prædestinatorum indicium hæc ver-
ba comprehendunt quæ Dominus de suis
profert oibus : Sequuntur me . Illud autè
colligemus , si consideremus argumentum D. Pa-
circa profundum prædestinationis arcana . Agit
igitur qualiter Deus quosdam prædestinet , alios
autem reprobet , & videamus quid sit , quod circa
prædestinatos ordinet . Quos præscit & prædesti-
navit conformes fieri imaginis filij sui , ut sit ipse
primogenitus in multis fratribus . Verbum hoc Præ-
scit (ut probat D. Aug.) non simplicem nobis & desi-
nadam indicat scientiam , sed scientiam cum ap-
probatione & electione . Quos præscit signi-
ficat , quos approbavit , dilexit , & elegit . Hoc est
iuxta phrasim S. Scripturæ & nominatum eiusdè
D. Pauli . Non repulit Dominus plebem suam , quam
præscit , id est quam approbavit , & elegit ac dile-
xit . Et etiam Apostoli Petri : Electis advenis secu-
dum præscientiam Dei Patris . Itaque significat :
quos approbavit & sibi elegit ac dilexit , istos prædes-
tinavit quia secundum doctrinam Docto-
ris Angelici (nostro intelligendi modo) præcedit
prædestinatio . Quæ est ista prædestinatio ? Signi-
ficat quod eos , quos approbavit , & elegit , præde-
stinavit , decrevit & stabilivit ut conformes essent
imaginis filij sui vngeniiti Iesu Christi Domini
nostri , quem proposuit speculum & exemplar
prædestinatorum , quem omnes prædestinati te-
neantur imitari .

Axioma est Aristotelis Philosophiæ Doctores Aristoteli
quod in qualibet specie creaturarum in esse natu-
rali , Deus vnam creaturæ eminentioris Axioma
& publicè notis præcellentem prærogativis ; quæ Aristote-
lit velut causa exemplaris cæterarum omnium lis
i. huius speciei : quæ tantò magis vel minus eront
perfectiores , quantò magis vel minus illi cõfor-
mes fuerint exemplari . Primum in vnoquoque ge-
nere , est causa cæterorum , ait Philosophus In gene-
re creatorum Spirituum statuit Deus supremum
Angelum , cæteris puriorem atque ab omni ma-
terialitate & alteratione , & mutatione magis di-
stantem , tantò autem creatus Spiritus erit perfe-
ctor , quantò fuerit huic supremo conformior . In
genere corporu creaturæ cælum ut perfectius est
enim incorruptibile & inalterabile cui peregrina-
re nocere nõ possunt impressiones . Tanto verò
corpus